



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Rev. Patr. Joannis Laurentii Berti, Ord. Eremit. S.
Augustini, Theologia Historico-Dogmatico-Scholastica,
Seu Libri, De Theologicis Disciplinis**

Berti, Giovanni Lorenzo

Monachii [u.a.], 1749

Quarti Voluminis Propositiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83665](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83665)

QUARTI VOLUMINIS PROPOSITIONES.

- I.** Recta ratio imperandi, quam *Legem* appellant, & quæ voluntatis actum complectitur. 4
- II.** Certas, ut obstringat, postulat conditiones: *ibid.*
- III.** Quæ si adsint, etiam iusti legibus subji-
ciuntur. 6
- IV.** Ac primum inter leges locum tenet *Æterna*, cæterarum omnium fons & origo: 7
- V.** Cujus participatio est lex naturæ menti rationalium inscripta, & 10
- VI.** Rectam Dei, proximorumque dilectionem præscribens. 11
- VII.** Hæc autem naturalis lex neque abrogari potest. 14
- VIII.** Neque propriam admittit dispensationem. 15
- IX.** Sequitur lex scripta, quæ Deum habet auctorem, 21
- X.** Congruis, non pravis, ut quidam hæretici commentum sunt, constituta præceptis. 23
- XI.** Id demonstrans adversus Faustum Augustinus non erravit, contra quam sentiat Phereponus, aut exponens verba illa Deuteronomii, *Maledictus omnis, qui pendet in ligno:* 29
- XII.** Aut alia, *Erit vita tua quasi pendens ante te.* *ibid.*
- XIII.** Probabiliorum quoque sententiam tenuit, dum ait Saram fuisse Abrahami neptem, & consanguineam. 30
- XIV.** Scriptæ legis promulgator *Moses* hebraico appellatur vocabulo: 32
- XV.** Non fuit Polygamus, *ibid.*
- XVI.** Nec homicida, 33
- XVII.** Nec Heliopolitanus infectus lepra, 34
- XVIII.** Eique non tribuunt cornutam faciem Catholici, ut hæretici calumniantur. 35
- XIX.** Non videtur fuisse primus literarum inventor. 36
- XX.** In tabulis Moysi ita distributus erat Decalogus, ut prima tabula tria tantum præcepta contineret, altera septem reliqua. 37
- XXI.** Primo præcepto simulacra duntaxat idolorum, & imagines ad adorandum constitutæ, non omnes promiscue, prohibebantur Judæis. 39
- XXII.** Hoc autem, cæterisque præceptis, ut liquet ex nostra interpretatione, traditur rectissima agendarum rerum mensura. *ibid.*
- XXIII.** Ritus etiam legales, & secundaria judæorum præcepta fuerunt optimo, providoque consilio instituta. 47
- XXIV.** Hæc, quamvis abrogata fuerunt in Christi morte. 53
- XXV.** Non tamen fuerunt statim exiitiosa, & mortifera, *ibid.*
- XXVI.** Eaque Apostoli absque ulla simulatione aliquamdiu usurparunt. 55
- XXVII.** At quoniam neminem obstringebant, recte Paulus restitit Cephæ: quem alium à Petro perperam quidam existimant. 63
- XXVIII.** Veteri successit lex nova longe præstantior, suis etiam præceptis obstringens, quidquid hæretici obganniant. 66
- XXIX.** Ut obligent leges humanæ, nisi aliter statuat Legumlator, sat est si ad notitiam subditorum pervenerint: 70
- XXX.** Neque pendet ullo pacto à populorum acceptione. 71
- XXXI.** Humanæ autem leges ligant quoque in interiori conscientie foro, 76
- XXXII.** Excepto tamen gravissimo nocumento, proximoque vitæ discrimine. 79
- XXXIII.** Operi, quod tam in se inspectum, quam attentis rerum circumstantiis leve est, parvique momenti, nequit Legislator adnectere obligationem sub pœna mortalis culpæ. 81
- XXXIV.** Potest Ecclesia in eandem quoque actum *per se, ac directe* præcipere. 82
- XXXV.** Non habent Potestates sæculares auctoritatem aliquam, aut imperium statuendi leges Ecclesiasticas: 85
- XXXVI.** Sed aliquas duntaxat leges ferre possunt ad Ecclesiasticas, divinasque promovendas, non tanquam Ecclesiæ Judices, sed tanquam defensores, ac vindices. *ibid.*
- XXXVII.** Ecclesiæ autem Pastoribus non solum competit munus suadendi & declarandi; sed etiam auctoritas & potestas coactiva, qua possunt suarum legum iratores vi, & imposita necessitate compescere. 86
- XXXVIII.** Non pugnat cum spiritali Ecclesiæ regimine temporalis jurisdictionis regni-
que potestas. 87
- XXXIX.** Et reapse summo Ecclesiæ Pastori utraque simul potestas competit, Ecclesiastica videlicet, & politica. 88
- XL.** Ad nutum Pontificis quælibet civilis potestas, quæ in corpore Ecclesiæ tenet imperium, debet arma tractare, & cætera complere propriæ auctoritatis officia. 91
- XLI.** Ipse Legislator aliquo pacto legibus à se latis obstringitur. *ibid.*
- XLII.** Advenæ, ac peregrini locorum, ad quæ accedunt, legibus subjiuntur. 92
- XLIII.** Clerici legitime bona possident temporalia: 93
- XLIV.** Neque cogi debent ad tributa solvenda, neque ad munia saeculorum obeunda. 94
- XLV.** Immunitatem Ecclesiasticam, quocunque jure inducta sit, nequeunt Principes sæculares temerare, aut minuire. 97
- XLVI.

P R O P O S I T I O N E S.

- XLVI. Recte in Latina Vulgata connumerantur quatuor civitates asyli in Tribu Ruben. 100
- XLVII. Decretales ante Siricium Epistolæ, licet sint magna ex parte suppositæ, non sunt rejiciendæ tanquam doctrinis Apostolicis repugnantes. 103
- XLVIII. Collecti à Gratiano Canones non aliam habent auctoritatem, quam fontium, locorumque, unde sunt derivati. 104
- XLIX. Definiri non potest Canonum Apostolicorum certus numerus; 106
- L. Tamen si aliqui à primis Ecclesiæ sæculis obtinuerint. *ibid.*
- LI. Romanorum leges ab Atticis, istas vero ab Hebræis derivasse mira singularum concordia demonstrat. 108
- LII. Eximunt interdum à legum onere Privilegia, Dispensationes, Consuetudines. 111
- LIII. Legibus conformari debent humana Officia, quorum libertatem penitus non evertit aut metus incussus, aut alliciens concupiscentia. 119
- LIV. Sunt vero omnia, quæ cum libertate patrantur, in individuo vel honesta, vel prava; 122
- LV. Et externum opus nihil *per se* interiori voluntati in rem honestam, iniquamve de libere vergenti, addit decoris, vel turpitudinis. 126
- LVI. Virtus juxta Augustinum nihil est aliud, quam ordo amoris; 130
- LVII. Ac virtutis præmium, & sempiterna felicitas, quamquam ex visione, & amore Dei coalescit, 136
- LVIII. Potissimum tamen sita est in amore, quo Deo fruimur. 137
- LIX. Contra scelus, & culpa est amoris inordinatio, & consistit in rectitudinis privatione. 139
- LX. Intercedit inter peccata discrimen, & quædam sunt genere suo venialia. 143
- LXI. Quæ mortalia dicuntur, habent nequitiam moraliter infinitam. 149
- LXII. Non requiritur ad imputationem peccati, ut animus subeat sancta cogitatio, per quam advertat ad peccati malitiam. 153
- LXIII. Fictitium est peccatum philosophicum. 154
- LXIV. Excusat à culpa ignorantia juris naturalis, dummodo sit invincibilis; 156
- LXV. Sed nullus hominum compos sui tali ignorantia laborat quantum ad universalia principia, & proximas consecutiones. 157
- LXVI. Eapropter ignorantia, & delectatio aliquando culpabilis censenda est, aliquando excusanda. 162
- LXVII. Idem de conscientia dicendum; cui tenemur morem gerere, si recta sit, moraliter certa, nec voluntario errore obcæcata. 165
- LXVIII. Dum in opinione versamur, si tenuis adsit probabilitas, eidem adversus legem morigerari iniquum est. 176
- LXIX. Opinio quippe probabilis nisi conscientiam moraliter certam ingeneret, haud est firmissima morum regula 177
- LXX. Nefas propterea est sequi opinionem minus probabilem stantem pro libertate, in concursu opinionis probabilioris, quæ stet pro lege. 185
- LXXI. Viro Theologo non licet ex sententia, quam ipse oppugnat, censere minus probabilem, alteri consilium dare. 198
- LXXII. Nec homini ignaro fas est varios adire Casuistas, eo animo, ut tandem inveniat aliquem benigniorem, affirmantem esse probabile, quod alii improbant, sibi que fas sit eligere quod magis libet. 200
- LXXIII. Confessarius pariter non debet absolutionem impendere iis, qui sequuntur opinionem minus probabilem stantem pro libertate, eamque nolunt deponere. *ibid.*
- LXXIV. Sequi tamen possumus in qualibet materia, sive juris, sive facti, sententiam probabilem, quæ post diligentem veritatis inquisitionem appareat sententia opposita probabilior. 202
- LXXV. Atque his imbuti præceptis execramur in primis idololatriam, ac summam eorum demeritum, qui coluerunt masculos Deos Consentes 208
- LXXVI. Habemus eodem loco, qui in numero Deorum Consensuum locarunt famulas. 210
- LXXVII. Rifu pariter excipienda est fabularis selectorum Deorum historia. 212
- LXXVIII. Et una cum iis amandanda profana numina, quæ vetus Testamentum commemorant. 214
- LXXIX. Repudianda est etiam, atque execrabilis religio, quæ viget apud Turcas & Mahumetanos; 215
- LXXX. Cæteris autem omnibus præferenda est Christiana religio, quam constat evidentiissime veram esse. 219
- LXXXI. Ab eadem religione Christiana alieni sunt qui Christi divinitatem, & Incarnationem non consentunt; 223
- LXXXII. Necnon hæretici omnes, & sectæ Calvinistarum, Lutheranorum, aliorumque Protestantium. 228
- LXXXIII. Romana itaque Ecclesiæ Divina gratia adscripti, illius symbolum tanquam Apostolicum veneramus. 232
- LXXXIV. Et ab Apostolis revera conditum fuisse defendimus. 233
- LXXXV. Nihil commentitium huic symbolo fuit appositum; ideoque propugnamus etiam Christi descensum ad inferos; 240
- LXXXVI. Asserimus expectandam esse universalem corporum resurrectionem; 248
- LXXXVII. Eamque futuram in eadem numero carne, quæ morte dissolvitur; 252
- LXXXVIII. Quamvis non eadem futuræ sint omnium resurgentium corporum affectiones. 253
- LXXXIX. His, aliisque à Deo revelatis assentimur virtute Fidei, quam recte definiit Apostolus cap. xi. ad Hebræos; 256
- XC. Quæ fides semper quoad substantiam credibilem à mundi exordio ad hæc usque tempora fuit eadem. 257
- XCI. Stant nequit ejusdem fidei norma, & libella in sola humana ratione, ut contendunt Sociniani. 260
- XCII. Neque sufficit ad omnia dogmata definienda, ut passim reliqui Novatores autumant; scriptum Dei Verbum; quod non est omnibus apertum, atque perspicuum. 264
- XCIII. Judicium enim de fidei questionibus nequit ex solis scripturis repeti, sublata Judicis vivi auctoritate; 265
- XCIV. Nec idoneum erit judicium, si fiat privato spiritu, & intima cujusque fidelis persuasione. 267
- XCV. Præter Divinam scripturam sacræ quæque Traditiones sunt admittendæ. 275
- XCVI.

P R O P O S I T I O N E S.

- CXVI. Fides vero Mediatoris in veteri quoque Testamento fuit necessaria, sed non fides *explicita* in eius divinitatem, ac individua Trinitatis mysterium. 295
- CXVII. Verum in hoc novæ legis statu ipsa *explicita* fides requiritur, 296
- CXVIII. Non ad salutem æternam tantummodo, sed etiam ad justificationem obtinendam. *ibid.*
- CXIX. Requiritur & externa fidei confessio, & nunquam licitum est fidem ipsam negare: 299
- C. Immo nec religionem simulare profanorum rituum, ciborum, vestium, nominumque gentium idololatrarum usurpatione, ubi sint supersticiosi cultus indicium. 300
- CI. Fas est aliquando in persecutione fugam arripere. 301
- CII. At quid de Sinensium Ritibus? Falsum est omnes promiscue approbatos anno 1656. à Sacra Congregatione. 304
- CIII. Edictum Caroli Maigrot recte, provide- que supersticiosos eliminavit 305
- CIV. Decretum quoque Cardinalis de Tournon à Clemente XI. & Benedicto XIII. confirmatum complures jure, meritoque proscriptum. 307
- CV. Permanet vera fides etiam in homine impio. 308
- CVI. Non tamen in hæretico, 309
- CVII. Neque in solius corpore animabus, jam in termino continentibus 311
- CVIII. Datur spes à fide, & à charitate distincta: 313
- CIX. Quæ in eo non persisteret, cui facta esset futuræ damnationis certissima revelatio. 314
- CX. Spei certitudo, quanquam admodum firma, salutarem timorem minime excludit. 316
- CXI. Licet autem timor mundanus sit perversus & noxius; 317
- CXII. Timor servilis est summopere utilis, supernaturalis, & donum Dei: 318
- CXIII. Illo tamen laudabilior est timor castus, & permanens in sæculum sæculi. 321
- CXIV. Fa, quæ ad spem pertinent, in oratione Dominica continentur. *ibid.*
- CXV. Charitas omnium virtutum maxima veram parit inter Deum, & hominem amicitiam. 325
- CXVI. Ante omnia Deus etiam interiori charitate diligendus est. 326
- CXVII. Diligendus semper, actu, aut virtute: 327
- CXVIII. Et diligendus ex toto corde, in tota anima, in tota mente. 328
- CXIX. Animarum Dei charitate flagrantium datur aliquamdiu *quies*, sed ei, quam Molinofius inexit, è diametro opposita. 330
- CXX. Status item *puri amoris*, in quo anima nullam gerat propriæ salutis curam, *fanatissimus* est, non charitatis perfectio. 331
- CXXI. Nec repugnat charitati servare legem intuitu sempiternæ mercedis. 333
- CXXII. Proximi etiam diligendi sunt propter Deum, servato ordine charitatis, parentes. filii, fratres, ac pauperes, 334
- CXXIII. Atque hi subsidio eleemosynarum juvandi. 337
- CXXIV. In præcepto quoque est inimicorum dilectio; 338
- CXXV. Tameñ liceat Christianis adversus hostes, servatis conditionibus, bellum gerere. 339
- CXXVI. At illicitum prorsus est initium ex condito singulare certamen. 341
- CXXVII. Ut licita sit occisio injusti aggressoris, sequastrari debet à noxia cupiditate. 343
- CXXVIII. Ipsa malorum origo cupiditas illicitis inhiat oblectamentis, inter quæ sunt connumeranda Veterum Bacchanalia. 350
- CXXIX. Hæc nequeunt censi honesta, ut celebrantur ab aliquibus, qui concessione Principum utuntur. 351
- CXXX. Interdum quippe, si non omnia, quædam saltem theatra superare videntur Gentilium luxum, & insanientem libidinem. 353
- CXXXI. Et nonnullæ recentiores comædiæ sunt magis, quam antiquæ despiciendæ. 354
- CXXXII. Quapropter iniquissimi censendi sunt histriones inverecundi, *ibid.*
- CXXXIII. Graviorque delinquant, qui ludicram scenam spectant, nisi comædia sit honestissima. *ibid.*
- CXXXIV. In personis autem, larvisque penes nonnullos improbos immoderatio est ætate nostra, quam regnantie superstitione, luxuries. 356
- CXXXV. Deestabile est mulieres habitu viro- rum personatas incedere, & viros vicissim vestimentis mulierum. *ibid.*
- CXXXVI. Saltationes, quarum in sacris literis fit mentio, damnant quamplures præsentium chorearum abusus. 358
- CXXXVII. Ab antiquis Ethnicis saltatoribus edocemur quantum dedecet inhonestas frequentare choreas. *ibid.*
- CXXXVIII. Quisquis ergo immodice choreas agit, à culpa vix erit immunis. 359
- CXXXIX. Festis autem diebus à choreis, & saltationibus est omnino abstinendum. 360
- CXL. Cum adæquent nonnulli cantores (probos excipimus, improbitatem veterum, 361
- CXLI. Oportet, ut Christiani aspernentur cantum mollem, atque inverecundum 362
- CXLII. Prohibetur etiam Christiani fignenta legere Poëtarum. 363
- CXLIII. Adolescentibus permitti potest ludus laticruciorum. *ibid.*
- CXLIV. Ludus autem alearum, tanquam omnis nequitiæ seminarium, eliminandus, & ab- jiciendus omnino est. 364
- CXLV. Inhibetur quoque Christianis decursio ludicra, vel agmen Troicum: 365
- CXLVI. Ac deestanda præ cæteris sunt ea spectacula, in quibus tauri & feræ agitantur in circo, maxime si cum illis homines congregiantur. 366
- CXLVII. Conjungi solet venatio sylvatica cum violatione festorum. *ibid.*
- CXLVIII. Summopere deestandus est vigens in præsentia vestimentorum cultus immodicus. 367
- CXLIX. Consuetudo autem mulierum, quæ faciem cerussa obliniunt, nequissimi flagitii complectitur turpitudinem. 368
- CL. Maxima ergo in cultu vestium præferenda est moderatio. 369
- CLI. Splendidus conviviorum apparatus non nisi à luxu corruptæ Gentilitatis emanavit. 370
- CLII. Inebriari vino scelus est nefarium, deestabile, atque turpissimum. *ibid.*
- CLIII. Argumenta, quæ Cardinalis Brancacius producit ad probandum, quod coccolatis potione Ecclesiasticum non frangatur jejunium, non videntur frangi Theologo penitus satisfacere. 371

IN-